

vel ut duæ voces, *καὶ ὅ*, ut sensus esset, quod indigeret veste & mente, Quo ipsius stoliditas, Hellebori jugere vix obtinenda, exprobrabatur. Confer *Erasmi Schmidii, Cyrillum de Differentiis vocum Græcarum quoad Tonum, Spiritum. Genus &c.*

Sic: die wol haushalten / soll man loben / mancher Zechbruder kan wol aushalten. E.

Interpretare hunc versum:

Medica mala quidem nec mala, nec medica.

Mala medica sunt poma citrina. Sic dicuntur à *Mediâ*, quæ est regio vicina *Perfiæ*. *nec mala* i. e. sunt bona. *nec medica* i. e. non sunt venenata. Sicut enim apud Græcos *Φάρμακον* significat & *venenum* & *remedium*: ita apud Latinos, *medicum*, quum est *Adjectivum*. ambiguum habet significationem.

Mala mali malo mala contulit omnia mundo.

Mala est gena, sedes pudoris. *Malo*, i. e. poma prohibito. *Malai*. e. peccata & calamitates. Est hoc ipsum quod Paulus dicit: *Rom. 5. 12. Per unius hominis inobedi-*
en-